3 nituerit// Quanta in pauperes misericordia
7 habuerit// Qualiter a quibuſdam iniquis
p zelo iuſticie quo feruebat multis affectus
4 ſit iniuriis/// Quam in obiectione ficta cri=
minis modeſtiam tenuerit et qua accuſa=
6 tor eius pena multatus ſit// Quomodo int
arta cuſtodie clauſtra vitam finierit//
7 Qualiter poſt multum temporis corpus eius
8 ſine corrupcione repertum ſit/// Quam
mirabiliter in tranſlacione corporis eius
9 tempeſtas ſedata ſit// De abundancia potus
relictis ſubminiſtrati et vbi corpus eius poſt tranſ=
10 lacionem ſit tumulatum// Mutus et ſurdus ad
11 ſepulchrum eius curatus// Quomodo lux in eodem
12 11 loco relictis data apparuerit/ Quidam ibidem
caſu deſperatus quam facile conualuerit//
13 12 Contractus ſanitati reſtitutus// Cera in la=
15 pidem conuerſa// 19 Clerico cuidam ma=
16 14 nus reſtitute/ Quomodo idem ſepulchrum
in deſtructione baſilice illeſum permanſerit.
et qualiter in alium locum reliquie viri ſancti
16 tranſlate ſunt/ Que oſtenſio in eodem ora=
17 torio cuidam fratri manifeſtata ſit.

Incipit vita ſancti othmari abbatis

1 Igitur othmarus genere alamannorum
oriundus in etate puerili a fratre ſuo re=
tiam curienſem perductus eſt. Et in ſeruicio
Victor victoris earundem parcium comitis multo
tempore conſtitutus. et litterarum ſciencia
ſublimatus. virtutum ſectator. morumque
laudabilium poſſeſſor. ſacerdocii gradum
conſcendit. Et a ſupradicto comite beni=
gne retentus cuidam titulo ſancti florini
confeſſoris prelatus eſt. Cumque morum eius
probitas et ſancte vite iudicia plurimorum
aures rumore dulci reſpergeret. walttra=
mus quidam qui ſibi vaſtitatem heremi
Waltramus vaſtitatem here=mi donauit in qua ſanctus gallus cellulam conſtruxerat.
velut a parentibus hereditario iure tranſ=
miſſam vendicauit. eundem othmarum
a victore ſupradicto ad preficiendum eidem
cellule impetrauit. et voti compos effectus.
cellulam cum omnibus que ad eam pertinebat
illi ſollempniter commendauit. Atque ut ſui
melius deſiderii conualeſceret vtilitas ad
pippinum regem profectus. eundem abbatem
ipſi preſentauit. et locum cui eum pridem pre=
fecerat. proprietatis iure principi contradi=
dit. omni inſtancia depoſcens. ut regia
auctoritate confirmato othmarus abbas ei=
dem preficeretur loco. Cuius peticioni
iam dictus princeps aſſenſum prebens.
locum ſibi traditum viro venerabili commen=
dauit. et regularem inibi vitam inſtituere
iuſſit. At ille regreſſus. confeſtim boni man=
dati ſtudium in ipſo execucionis inicio. vndique
verſum congrua monachis habitacula con=
ſtruxit. et ipſius ſancti loci ſtatum ad vtili=
tatem diuini ſeruicii ſtudioſiſſime refor=
mauit. Religioſos etiam quoſque ita liber=
tate ſua ad deuocionis ſtudium inuitauit.
ut ex quorundam donacionibus poſſeſſio=
nes ipſius cenobii admodum dilataret. et
infra paucos annos quam plures ad ſacre
miliciam vite fratres attractos. magiſte=
rio ſuo cura decentiſſime gubernaret.
2 Hiis prelibatis. vite eius ſanctitatem
liceat ſummatim perſtringere. ut liquido
cunctis clareat. quibus profectuum gradibus
ad hanc gloriam ſit euectus. Erat denique par=
ſimonie ſectator eximius. creberrimo ma=
cerans ieiunio corpus. ita ut in precipuis ie=
iuniorum diebus. ex conſuetudine biduanam ab=
ſtinenciam continuaret frequencius. et
hiis contra temptamentorum iacula clipeis
premunitus. vigilias amabat. et aſſiduita=
te orandi ſpiritualia nequicie repellebat.
Cultu autem humilitatis gracia precipue preditus.
in tantum voluntariam paupertatem dili=
gebat. ut terrenam gloriam omnibus
fugeret modis. Cui etiam hec erat conſue=
tudo. ut ſi quoquam pro vtilitate monaſterii
eum tendere neceſſitas popoſciſſet. vilis
miniti dorſo veheretur aſelli. Erat inter cetera
tanta in eo pauperum ſollicitudo. ut eorum
curam per ſe pocius quam per alios exhibere ſtu=
deret. In eo vero miſericordie opere
quod elemoſina dicitur. vix unquam
habebatur ſecundus. Nam ad ſuſcipiendos
leproſos qui ceteris hominibus ſeiuncti manere
ſeorſum conſueuerunt. hoſpiciolum haut longe
a monaſterio extra eas manſiones quibus
ceteri pauperes recipiebantur conſtituit. et
eis curam per ſe omnimodis impendebat.
ita ſollicite ut nocturnis etiam horis mo=
naſterio ſepe digreſſus. curam infirmitati
eorum miro deuocionis adhiberet obſe=
quio. Capita ſiquidem eorum pedeſque ab=
luens purulenta ſuis manibus vulnera
detergebat. et victui neceſſaria mini=
ſtrabat. illam ſemper animo reuoluens
ſentenciam. qua iuſtus iudex miſericordi=
bus pollicitus eſt dicens. Quod uni de hiis
minimis fratribus meis feciſtis. michi fe=
ciſtis. Sicque factum eſt. ut cunctorum qui eum

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 610, p. p.%2072 – Computistic Texts and Tables; Lives of Saints and Martyrs; Casus sancti Galli etc. (http://www.e-codices.ch/en/csg/0610/p.%2072)